



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hessus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs XLI. Beatus qui intelligit erga egenum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](#)

P S A L T E R I V M .

32.

Quiq; probant quas & quantas operere salutes,  
Hi tua magnifica nomina laude ferant.  
Ipse e quidem sum pauper, egens, abiectus & exul, Repetit preca-  
Sis precor auxilio, nam potes esse, mibi.  
Te sine nulla salus, sine te nemo redemptor,  
Mi Deus, optatam ne remoreris opem.

P S A L M V S X L I .

Beatus qui intelligit erga egenum.

A R G U M E N T U M .

Pertinet hic quoq; Psalmus ad personam Christi, orantis pro liberatione contra consilia Synagogæ. Habet autem manifestam prophetiam de resurrectione Christi. Et hic iterum fatetur se peccatorem, quia se in nostrum locum constituit, & pro peccatis nostris satisfecit. Citatur, Ioan. xiiij. capite, de Christo. Non igitur debet ad Dauidem transferri, sicut imperiti Iudæi delirant.

Hic quoq; uox eadem, queritur se fraude suorum,  
Vnius infanda proditione capi.  
Anxius hinc subita duræ formidine mortis,  
Orat ut hanc cauſam iudicet ipse Deus.

Vincenti Psalmus Dauid.

Felix ille, virum duris qui in rebus egentem\*  
Sustinet, & meritis officijsq; leuat.  
Illum si qua graui mala fors afflauerit austro,  
Et rotæ fortunæ deuia perdiderit.

\* Adhortatio  
est, qua munit  
animos contra  
scandalū infir-  
mitatis & cru-  
cis, est. n. plane  
idem cum illo  
Christi Beatus  
qui in me non  
offenditur. Hic  
autem explicat  
quid sit beatū  
dici.

Illum



Illum restituet Dominus, memor omnibus ipsum,

Pauperibus clausas non habuisse manus.

Huic Dominus tribuet longæuæ tempora uitæ,

Terrenas illo dante tenebit opes.

Illiis haud unquam dominabitur hostis auarus,

Omnia sed uiuus per mala uictor erit.

Ille ubi decumbens premet ægra cubilia luctu,

Confestim Domini restituetur ope.

Tu Deus huic uires sic et sua robora reddis,

Vt stratum ipse suum quo uolet omne ferat.

Precatio.

Hinc ego sæpe meo gemitum de pectore dicens,  
Heu miserere, inquam, qui potes ista, mei.

Ratio in qua Redde animæ requiem speranti, redde salutem,  
commemorat afflictiones ani Quæ peccasse tibi fassa, precatur ope.  
mæ & corpo- Qui me odere palam, de me sic sæpe loquuntur:  
ris.) Quando erit ut possit perditus iste mori?

Quando erit ut uiuos inter sua nomina perdat?

Nec sit posteritas ipsius ulla memor?

Et siue introeat, siue egrediatur ad auras,

Semper amat de me uerba scelestæ loqui.

Phariseorum In mea concursant inimici damna, minantes  
consilia contra Consilijs miserum perdere posse suis.  
Christum.

De me sæpe truces hostili more loquuntur,  
Surgere iam deinceps, qui iacet, iste nequit.

Iude prodi- Ille etiam quem toto animo constanter amabam,  
ris scelus. Qui mihi plus alijs uisus amicus erat:

Cui mensæ socium tribui communis honorem,

Ille tulit partes deseruisse meas.

Ille mihi insidias posuit, quibus implicet, ut sit,

Quæ premat innocuum noxia pena caput.

At



P S A L T E R I V M .

93

Repetit preca-  
tionem.

At tu nunc miserere animi mala tanta ferentis,  
Qui solus miserum restituisse potes.  
Restitue ergo precor, spem redde salutis ad meam,  
Hostibus ut possum reddere iussa meis.  
Hoc erit exemplo quod adhuc tuearis in memem,  
Si nihil insultet qui fuit ante minax.  
Quod si simplicitas meruit mea, tolle iacentem,  
Perpetuo & vultus me statue ante tuos.  
Laudibus aeternos Deus Israe lis in annos,  
Innumeris merito concelebrandus erit.

Resurrectio si-  
gnificatur. Nā  
iunt indicatiua  
ista, tu tollis ia-  
centem & col-  
locabis me an-  
te faciem tuam

P S A L M V S   X L I I .

Quemadmodum desiderat Ceruus  
ad fontes aquarum.

A R G V M E N T V M .

Est precatio contra tristiciam spiritus,  
quae tum solet oriri, cum pijs antea satis affli-  
ctis, etiam insultant impij, tanquam a Deo  
desertis, sicut Iudaei Christo in Cruce. Orat  
igitur, ut Deus faciem suam ostendat, &  
contra hanc tristiciam uerbo suo soletur, ha-  
bet autem additas suaves consolationes.

Quo desiderio Dominum suspiraret, & intus  
Ardeat, hinc Cerui sumta figura docet.  
Tristicie spectris tenebrosa afflictus in hora,  
Solari uerbo uiuificante cupit.

Vincen-

